



EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES
2018

BRANCHE	SECTIONS	ÉPREUVE ÉCRITE
Latin	A, B, C, D, E, F, G	<i>Durée de l'épreuve : 2 heures</i> <i>Date de l'épreuve : 08 juin 2018</i>

1. Texte inconnu

Le propre de l'homme : *Un être doué de raison*

Quis est ergo hic animus ?

Qui nullo bono nisi suo nitet¹. Quid enim est stultius quam in homine aliena² laudare ? Quid eo dementius³ qui ea miratur quae ad alium transferri protinus⁴ possunt ? [...] Nemo gloriari⁵ nisi suo debet. [...]

In homine [...] id laudandum est quod ipsius est. Familiam formosam⁶ habet et domum pulchram, multum serit⁷, multum fenerat⁸ : nihil horum in ipso est sed circa⁹ ipsum. Lauda in illo quod nec eripi potest nec dari, quod proprium hominis est.

Quaeris quid sit ? Animus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo.

Consummatur¹⁰ itaque bonum ejus, si id implevit¹¹ cui nascitur. Quid est autem quod ab illo ratio haec exigat¹² ? Rem facillimam, secundum¹³ naturam suam vivere. (114 mots ; Sénèque, *Epist. XLI* ; texte latin selon l'édition OCT) (30 pts)

¹ *nītēō, ūī, ēre*, intr., reluire, luire, briller.

² *alienum*, *i. n.* adj. substantivé.

³ Comparatif formé sur *demens*^o, *tis*.

⁴ *prōtiñūs*, adv., immédiatement.

⁵ *gloriari*, se glorifier (de)

⁶ = *pulchram*.

⁷ *sērō, sēvī, sātum, ēre* (cf. *semen*), tr., planter, semer.

⁸ *fēnērō, āvī, ātum, āre*, tr., prêter à intérêt.

⁹ *circā*, prép. avec acc., autour de.

¹⁰ *cōsummō, āvī, ātum, āre* (*cum, summa*), tr., porter à la perfection.

¹¹ *implēō, plēvī, plētum, ēre*, accomplir, réaliser pleinement.

¹² *sēcundum*, prép., acc., selon, conformément à.

2. Texte connu

Pline le Jeune : *L'éruption du Vésuve*

Erat Miseni classemque imperio praesens regebat. Nonum Kal. Septembres hora fere septima mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et magnitudine et specie. Usus ille sole, mox frigida, gustaverat jacens studebatque. Poscit soleas, ascendit locum ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes (incertum procul intuentibus ex quo monte, Vesuvium fuisse postea cognitum est) oriebatur, cuius similitudinem et formam non alia magis arbor quam pinus expresserit. Nam longissimo velut truncō elata in altum, quibusdam ramis diffundebatur, credo, quia recenti spiritu erecta, dein senescente eo destituta aut etiam pondere suo victa in latitudinem vanescebat, candida interdum, interdum sordida et maculosa, prout terram cineremve sustulerat. Magnum propiusque noscendum, ut eruditissimo viro, visum. (110 mots)